



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

XX. Ostendit quod sponte capiatur, & de potestate tenebrarum quid sentiendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

conuoluta sunt & imposita collo meo : infirmata est
 virtus mea, dedit me Dominus in manus, de qua non
 potero surgere. Ibid. 4. 20. Spiritus oris nostri Chris-
 tus Dominus captus est in peccatis nostris: cui di-
 ximus; in umbra tua viuemus in gentibus. Exech.
 3. 25. Et tu fili hominis ecce data sunt super te om-
 nia, & ligabunt te in eis, & non egredieris de mo-
 dio eorum. Idq; vt traheret nos in funiculis
 Adam.

VERITAS. Matt. 26. 50. Dixitq; illi Iesus
 amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & ma-
 nus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Marc.
 14. 46. At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt
 eum. Luc. 22. 54. Comprehendentes autem
 eum, duxerunt ad domum pontificis sacerdotum. Pu-
 trus vero sequebatur à longè. Ioan. 18. 12. Cr-
 hors ergo, & tribunus, & ministri Iudeorum com-
 prehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & addu-
 xerunt eum ad Annam primum: erat enim sacer-
 dos Caipha, qui erat pontifex anni illius.

CAPVT XX.

Christus ostendit quod spontè capiatur, & de-
 testate tenebrarum.

FIGVRAE. I. Egreditur Diabolus, & est
 spiritus mendax in ore omnium propheta-
 rum. 3. Reg. 22. 22. Et ille ait. Egrediar, & en-
 spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.
 Et dixit Dominus, decipies & praualebis: egredieris
 & fac ita.

2. Satanæ datur potestas in Iob, quem percussit ulcere pessimo, animam tamen illius servare iubetur. Iob. 2. 4. 5. 6. 7. 8. *Cui respondens Satan, ait. Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan. Ecce in manu tua est. Veruntamen animam illius serva. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob ulcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius. Qui testa sanem radebat, sedens in sterquilinio.*

3. Satan aduersatur Iesu sacerdoti magno qui stat coram Angelo Domini. Zach. 3. 1. *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei.*

4. Non est potestas quæ comparetur illi. Iob. 41. 24. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeat.*

PROPHETIA. Iob. 30. 25. *Flebant quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.*

VERITAS. Matth. 26. 53. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Vers. 55. 56. In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem to-*

tum factum est, ut adimplerentur scriptura prophetarum. Marc. 14. 48. 49. Et respondens Iesus ait illis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleretur scriptura. Luc. 22. 52. 53. 54. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? cumque quidam vobiscum fuerim in templo, non extenuistis manus in me: sed hac est hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur eum a longe. Ioan. 18. 5. 6. 7. 8. 9. Respondit autem Iesus Nazarenus, Dicit eis Iesus: ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipso. Petrus ergo dixit eis; ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos. Quem quaritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quaritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdimus ex eis quengquam.

CAPVT XXI.

Zelus Petri in defensione Christi, quem Christus non admittit.

FIGVRAE. I. Phinees confodit Zambri cum alienigena fornicantem, & meruit sacerdotium perpetuum. Numer. 25. 6. 7. 8. Verf. 11. 12. 13. 14.